



4  
Toronto University Library

Presented by

University of Oxford

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14<sup>th</sup> 1890





NOTITIA  
SCRIPTORUM SS. PATRUM  
ALIORUMQUE VETERIS ECCLESIAE  
MONUMENTORUM,

QUÆ

IN COLLECTIONIBUS ANECDOTORUM  
POST ANNUM CHRISTI MDCC. IN LUCEM EDITIS

CONTINENTUR,

NUNC PRIMUM INSTRUCTA

OPERA ET STUDIO

JOANNIS GOULTER DOWLING, A. M.

E COLLEGIO WADHAMENSI,  
ECCLESIAE ANGLICANÆ PRESBYTERI.

---

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXIX.



MARK

5861  
1110790  
S

## EPISTOLA AD LECTOREM.

---

QUUM possim meum propositum in hoc tractatu componendo paucis explicare, non est quod te, Lector benevole, longa præfatione morer. Quem hic in usum tibi offero, libellus nec præcone indiget, neque, ut spero, defensore. Nullam enim laudem nisi diligentiae atque utilitatis sibi arrogat. Bona igitur tua venia mihi liceat, omissis ambagibus, in medias res te rapere.

Incipiente duodevigesimo sæculo, clarissimus THOMAS ITTIGIUS, Lipsiensis, vir de studiis Ecclesiasticis optime meritus, *Tractatum de Bibliothecis et Catenis Patrum, variisque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum collectionibus*<sup>a</sup> in publicam lucem edidit. In hoc libro doctissimus ille auctor omnes editiones Bibliotheca-

<sup>a</sup> D. Thomæ Ittigii de Bibliothecis et Catenis Patrum, variisque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum collectionibus

Basileensibus, Tigurinis, Parisiensibus, Coloniensibus, Lugdunensibus, Leidensibus, Ingolstadiensibus, Antverpiensibus,

rum Patrum usque ad suum tempus typis vulgatas enumerat, ac de monumentis in eis contentis magna cum industria disserit. Sub Bibliothecarum Patrum nomine omnes Collectiones opera Scriptorum Ecclesiasticorum complectentes intelligit. Nam Dacherii *Spicilegium*, Mabillonii *Analecta*, Cotelerii *Græcæ Ecclesiæ Monumenta*, et plurimæ aliæ Collectiones quæ sibi nomen Bibliothecarum Patrum minime vindicant, apud illum Tractatum recensentur. Immo ipse se omnes Collectiones Monumentorum ad res Ecclesiasticas pertinentium, nulla titulorum habita ratione suo in opere comprehendere profitetur.

De magna Tractatus Ittigiani utilitate mira inter viros eruditos consensus. Librum mole parvum ad manum habere, qui titulos monumentorum in plurimis ingentibus voluminibus (quæ nusquam aut fere nusquam nisi apud magnas bibliothecas viris literatis patent) contentorum indicet, plurimi faciendum est: Hoc tamen est, quod Ittigii opusculum præstat.

Sed tempus, quamvis rerum edax, molem librorum impressorum quotidie auget. Post ætatem qua Ittigius suum scripsit Tractatum, plures Scriptorum Ecclesias-

Romanis, Venetis, Mediolanensi, Moguntinis, Boni-Fontis, Insulana, Divionensi, Rotomagensi, Tolosana, Londinensibus, Dubliniensi, Oxoniensi, Lovaniensibus, Trajectensi, Genevensibus, Hamburgensibus, Cygneis, Lip-

siensibus, et aliis Tractatus variis observationibus et animadversionibus refertus. Lipsiæ, Sumptib. Hæred. Friderici Lankisii. Anno MDCCVII. In Svo.



ticorum in lucem prodierunt Collectiones, quarum haud paucae varia magni momenti vetera monumenta publici juris fecerunt. Sæculum superius, atque etiam hoc nostrum gravida messe talium librorum Rempublicam literariam oneravit. Recentiores autem hoc genus Collectiones minus notæ sunt, quia nullus ortus est Ittigii imitator, qui novum de Bibliothecis Patrum tractatum elaboraret.

Haud quidem defuerunt qui titulos saltem illorum operum vulgaverint. Vir eximius *Joannes Albertus Fabricius*, talibus in studiis inter Protestantes facile princeps, indices etiam plurium Collectionum Ecclesiasticarum suæ Bibliothecæ Græcæ inseri curavit. *Georgius Christophorus Hamberger* qui “de Scriptoribus præcipuis ob orbe condito usque ad annum post Christum natum MD.” librum<sup>b</sup> Germanice scripsit, Collectiones Scriptorum Ecclesiasticorum (Sammlungen der Kirchenscribenten, Tom. I. pp. 173–184.) enumeravit. Doctissimus *Joannes Georgius Walchius* titulos omnium Collectionum usque ad suum tempus typis vulgatarum in sua Bibliotheca Patristica<sup>c</sup> collocavit. Ac clarissimus *Joannes Traug. Lebr. Danzius*, qui quinque ante annis nova editione<sup>d</sup> Walchiani operis omnes

<sup>b</sup> M. Georg Christoph Hambergers zuverlässige Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vom Anfange der Welt bis 1500. Lemgo, 1756.

<sup>c</sup> Jenæ, 1770.

<sup>d</sup> Jo. Georgii Walchii Bibli-

otheca Patristica Litterariis Annotationibus instructa. Editio nova emendatior et multum auctior adornata ab Jo. Traug. Lebr. Danzio, D. Theol. et Jur. Prof. Theol. Jenæ, 1834.


eruditionis Patristicæ studiosos sibi devinxit, Bibliothecæ Patrum novissimæ indicem, ac multarum aliarum Collectionum titulos, prioris editionis catalogo adnumeravit. Nemo autem huc usque effecit, quod in animo mihi est.

Sed minime est dubitandum quin Collectiones Ittigii ætate recentiores monumenta quamplurima ad scientiam rerum Ecclesiasticarum prorsus necessaria contineant. Res disputatione non eget. Nemo est doctrina hoc genus quam modice imbutus, qui ignoret nomina Muratorii, Martene, Pezii, Wolfii, Mansi, Gallandii, Routh, Maii; qui cum multis aliis clarissimis viris, Gallis, Germanis, Anglis, Italis, post sæculum decimum octavum inceptum has artes felicissime coluerunt, ac plures ingentes tomos monumentis sacris refertos posteris tradiderunt. Istæ pretiosissimæ Collectiones ingentem scriptorum ad res quum Ecclesiasticas, tum historicas, tum literarias spectantium multitudinem exhibent. Patrum Opuscula et Fragmenta, Chronica, Historiæ, Concilia, Sanctorum aliorumque Vitæ, Diplomata, Epistolæ, atque alia innumera ad historiam tum civilem, tum præcipue Ecclesiasticam pertinentia in his farraginibus latent. Ac certe nemo de scientia rerum Ecclesiasticarum aut Medii Ævi historiæ gloriari potest, qui has literarum regiones non explorarit.

Habes igitur, amice Lector, causas, cur hoc *βιβλαρίδιον* scripserim. Nunc restat, ut de ratione, qua in isto componendo usus sum, perpauca dicam. Collectiones

opera Scriptorum Ecclesiasticorum continentes quæ post annum salutis MDCC. excusæ sunt, indagavi; omnes, ut spero, aut fere omnes, inveni, ipsis meis oculis vidi, diligenter evolvi. Quod demum confectum est, tibi defero. Iestas Collectiones ordine, ut dicunt, chronologico, id est ratione annorum quibus in lucem prodierunt, habita, disposui. Titulos omnium descripsi, editores nominavi: ac denique Indices monumentorum in singulis contentorum, aut transcripsi, aut proprio Marte confeci. Observationes meas interserui, raras tamen, ac plerumque brevissimas. Gloriam enim minime affecto. Si per me via ad fontes Historiæ Ecclesiasticæ expeditior pateat, uberrimum tulisse me fructum industriæ meæ putabo. Hæc enim studia ut excolantur, ita cupio, ut nihil magis.

Dum animo pendebam, quo pacto fœtum φιλοσοφίας meæ tecum communicarem, Alma mea Mater, Universitas Oxoniensis, mihi opitulata est, atque hunc tractatum sumptibus suis imprimi curavit. Delegatis Preli Academici, amplissimis Viris, maximas gratias et ago, et habeo, quod me tanto beneficio ornarint. Vale, Lector candide, ac mecum *roga quæ ad pacem sunt Jerusalem*. Gloucestræ Idibus Septemb. MDCCCXXXIX.



CONSPECTUS  
COLLECTIONUM

QUARUM INDICES IN HAC NOTITIA LECTORI  
SE OFFERENT.

---

Cap.	Pag.
I. MONTFAUCON Collectio Nova Patrum Græcorum. Parisiis, anno 1706. fol. Tom. II.	1
II. Muratorii Anecdota Græca. Patavii, an. 1709. 4to.	2
III. Muratorii Anecdotorum Latinorum Tomi III. et IV. Patavii, an. 1713. 4to.	3
IV. Martene et Durand Thesaurus Novus Anecdotorum. Lutetiæ Parisiorum, an. 1717. fol.	4
Tomus I.	ibid.
Tomus II.	ibid.
Tomus III.	5
Tomus IV.	7
Tomus V.	8

Cap.	Pag.
V. Assemani Bibliotheca Orientalis. Romæ, ann. 1719–1728. fol.	9
Tomus I. an. 1719.	10
Tomus II. an. 1721.	12
Tomus III. an. 1725.	14
Tomus IV. an. 1728.	22
VI. Pezii Thesaurus Anecdotorum Novissimus. Augustæ Vindellicorum et Græcii, ann. 1721–1729. fol.	ibid.
Tomus I. an. 1721.	23
Tomus II. an. 1721.	25
Tomus III. an. 1721.	27
Tomus IV. an. 1723.	29
Tomus V. an. 1728.	31
Tomus VI. an. 1729.	32
VII. Wolfii Anecdota Græca. Hamburgi, ann. 1722–1724. 8vo.	32
Tomi I. II. III. et IV.	33
VIII. In Fabricii Bibliothecis. Hamburgi, ann. 1708–1746.	34
IX. Duellii Miscellanea. Augustæ Vindellicorum et Græcii, an. 1723. 4to.	35
X. Schannat Vindemiæ Literariæ. Fuldæ et Lipsiæ. ann. 1723–1724. fol.	37
Collectio prima, an. 1723.	ibid.
Collectio secunda, an. 1724.	38
XI. Dacherii Spicilegii Nova Editio. Parisiis, an. 1723. fol.	39
Tomus I.	40
Tomus II.	46
Tomus III.	48
XII. Mabillonii Veterum Analectorum Nova Editio. Parisiis, an. 1723. fol.	80
XIII. Martene et Durand Scriptorum et Monumentorum Amplissima Collectio. Parisiis, ann. 1724–1733. fol.	90
Tomus I. an. 1724.	ibid.

Cap.		Pag.
	Tomus II. an. 1724.	90
	Tomus III. an. 1724.	91
	Tomus IV. an. 1729.	ibid.
	Tomus V. an. 1729.	ibid.
	Tomus VI. an. 1729.	92
	Tomus VII. an. 1733.	99
	Tomus VIII. an. 1733.	ibid.
	Tomus IX. an. 1733.	ibid.
XIV.	Basnage Thesaurus Monumentorum Ecclesiasticorum et Historicorum, sive Canisii Lectionum Antiquarum Nova Editio. Amstelædami, 1725. fol.	101
	Tomus I.	102
	Tomus II.	104
	Tomus III.	107
	Tomus IV.	109
XV.	Pezii Bibliotheca Ascetica. Ratisbonæ, 1723-1740. 8vo.	111
	Tomus I. an. 1723.	112
	Tomus II. an. 1723.	ibid.
	Tomus III. an. 1724.	ibid.
	Tomus IV. V. et VI. an. 1724.	113
	Tomus VII. an. 1725.	114
	Tomus VIII. an. 1725.	ibid.
	Tomus IX. an. 1726.	116
	Tomus X. an. 1733.	ibid.
	Tomus XI. an. 1735.	117
	Tomus XII. an. 1740.	ibid.
XVI.	Hugonis Sacræ Antiquitatis Monumenta. Stivagii, ann. 1725-1731. fol.	ibid.
	Tomus I. an. 1725.	ibid.
	Tomus II. an. 1731.	118
XVII.	Hoffmanni Nova Scriptorum ac Monumentorum Collectio. Lipsiæ, ann. 1731-1733. 4to.	119
	Tomus I. an. 1731.	ibid.
	Tomus II. an. 1733.	120

Cap.	Pag.
XVIII. In Gretseri Operibus. Ratisbonæ, ann. 1734–1741. fol.	121
XIX. Fabricii Bibliotheca Ecclesiastica. Hamburgi, an. 1718. fol.	123
Ejusdem Spicilegium Patrum Tertii Sæculi. Hamburgi, 1718.	124
XX. Lamii Deliciæ Eruditorum. Florentiæ, ann. 1736 et seq. 8vo.	125
XXI. Galeardi et Quirini Collectio Patrum Brixianorum. Brixia, an. 1738. fol.	127
XXII. Trombellii Veterum Patrum Latinorum Opuscula. Bononia, an. 1751. 4to.	128
XXIII. Trombellii Veterum Patrum Opuscula. Bononia, an. 1755. 4to.	129
XXIV. Zachariæ Bibliotheca Pistoriensis. Augustæ, Taurinorum, an. 1752. 4to.	130
XXV. Zachariæ Anecdotorum Medii Ævi Collectio. Augustæ Taurinorum, an. 1755. 4to.	132
XXVI. Mingarellii Anecdotorum Fasciculus. Romæ, an. 1756. 4to.	142
XXVII. Walchii Monumenta Medii Ævi. Gottingæ, an. 1757–1760. 8vo.	143
Tomus I. ann. 1757–60.	144
Tomus II. ann. 1761–1764.	146
XXVIII. Brockie Codex Regularum Monasticarum et Canonicarum. Augustæ Vindellicorum, an. 1759. fol.	ibid.
Tomus I.	147
Tomus II.	150
Tomus III.	151
Tomus IV.	152
Tomus V.	ibid.
Tomus VI.	153
XXIX. Kollarii Analecta Monumentorum omnis ævi Vindobonensia. Vindobonæ, ann. 1761–1762. fol.	154
Tomus I. an. 1761.	ibid.
Tomus II. an. 1762.	157



Cap.		Pag.
XXX.	Baluzii Miscellaneorum Nova Editio. Lucæ, ann. 1761-1764.	158
	Tomus I. an. 1761.	159
	Tomus II. an. 1761.	165
	Tomus III. an. 1762.	170
	Tomus IV. an. 1764.	185
XXXI.	Bandinii Græcæ Ecclesiæ Vetera Monumenta. Florentiæ, ann. 1762-1764. 8vo.	189
XXXII.	Gallandii Bibliotheca Veterum Patrum. Vene- tiis, ann. 1765-1781.	191
	Tomus I. an. 1765.	192
	Tomus II. an. 1766.	194
	Tomus III. an. 1767.	195
	Tomus IV. an. 1768.	196
	Tomus V. an. 1769.	197
	Tomus VI. an. 1770.	198
	Tomus VII. an. 1770.	ibid.
	Tomus VIII. an. 1772.	200
	Tomus IX. an. 1773.	201
	Tomus X. an. 1774.	202
	Tomus XI. an. 1776.	203
	Tomus XII. an. 1778.	204
	Tomus XIII. an. 1779.	205
	Tomus XIV. an. 1781.	207
XXXIII.	Catena Patrum Græcorum in Octateuchum et Libros Regum. Lipsiæ, ann. 1772-1773. fol.	209
	Tomus I. an. 1772.	210
	Tomus II. an. 1773.	211
XXXIV.	Amadutii Anecdota Litteraria. Romæ, ann. 1773-1782. 8vo. Tom. IV.	211
XXXV.	Matthæi Patrum Græcorum Orationes. Mos- quæ, an. 1776. 8vo.	213
	————— Euthymii Zigabeni Commentarius in IV. Evangelia. Lipsiæ, an. 1792. 8vo.	214
XXXVI.	Oberthür SS. Patrum Opera. Wirceburgi, ann. 1777-1794. 8vo. Tom. XXXVIII.	215

Cap.	Pag.
XXXVII. Villoison Anecdota Græca. Venetiis, an. 1781. 4to. Tom. II.	218
XXXVIII. Lorenzana SS. Patrum Toletanorum Opera. Matriti, ann. 1782-1785. fol. Tom. II.	220
XXXIX. Fontani Novæ Eruditorum Deliciæ. Flo- rentiæ, ann. 1785-1793. 8vo. Tom. III.	221
XL. Münter Fragmenta Patrum Græcorum. Hafniæ, 1788. 8vo.	223
XLI. De Levis Anecdota Sacra. Augustæ Taurino- rum, 1789. 4to.	ibid.
XLII. Routh Reliquiæ Sacræ. Oxonii, 1814-1818. 8vo. Tom. IV.	225
XLIII. Maii Scriptorum Veterum Nova Collectio. Romæ, ann. 1825-1838. 4to.	227
Tomus I. an. 1825.	228
Tomus II. an. 1827.	229
Tomus III. an. 1828.	230
Tomus IV. an. 1831.	231
Tomus V. an. 1831.	ibid.
Tomus VI. an. 1832.	232
Tomus VII. an. 1833.	233
Tomus VIII. an. 1833.	234
Tomus IX. an. 1837.	235
Tomus X. an. 1838.	237
XLIV. Maii SS. Nicetæ et Paulini Scripta. Romæ, 1827. 4to.	238
XLV. Maii Classici Auctores. Romæ, ann. 1828-1838. 8vo.	239
XLVI. Boissonade Anecdota Græca. Parisiis, ann. 1829-1833. 8vo.	241
Tom. I. an. 1829.	ibid.
Tom. II. an. 1830.	242
Tom. III. an. 1831.	243
Tom. IV. an. 1832.	244
Tom. V. an. 1833.	245
XLVII. Rheinwald Anecdota ad Historiam Ecclesias- ticam pertinentia. Berolini, ann. 1831-1835. 8vo.	245

CONSPECTUS.

xv

Cap.	Pag.
XLVIII. Thilo Codex Apocryphus Novi Testamenti. Lipsiæ, an. 1832. 8vo.	246
XLIX. Jacobson Patres Apostolici. Oxonii, 1838. 8vo. Tom. II.	248
L. Catena in Acta SS. Apostolorum. Oxonii, 1838. 8vo.	ibid.
Catalogus omnium Collectionum quæ in Ittigii Tractatu de Bibl. Patrum recensentur, Chronologicus.	251
Index Scriptorum ac Monumentorum in hac Notitia memoratorum, Alphabeticus.	259

---

ERRATA TYPOGRAPHICA.

- Pag. 80. lin. 4. post *Epistola*, adde *ad*.  
 Ibid. lin. 27. pro *Joans*, lege *Joannis*.  
 Pag. 90. lin. 10. post *quinto*, adde *sexto*.  
 Pag. 199. lin. 16. pro *epistoli*, lege *episcopi*.  
 Pag. 201. lin. 25. pro *Merobandis*, lege *Merobaudis*.  
 Pag. 214. lin. 13. pro *Enthymii*, lege *Euthymii*.  
 Pag. 215. lin. 2. pro *Enthymianæ*, lege *Euthymianæ*.  
 Pag. 239. lin. 16. pro *ex*, lege *e*.

72  
80  
84  
88  
92

... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..

NOTITIA  
SCRIPTORUM SS. PATRUM,

&c. &c.

---

I.

**M**IHI volenti Collectiones Operum SS. Patrum aliorumque Sacrorum Monumentorum post Ittigii ætatem in lucem editas enumerare, prima se offert *Collectio Nova Patrum*, quæ, edente clarissimo BERNARDO DE MONTFAUCON, Parisiis anno Salutis MDCCVI. publicam lucem adspexit. Titulus ita se habet :

COLLECTIO NOVA Patrum et Scriptorum Græcorum, Eusebii Cæsariensis, Athanasii, et Cosmæ Ægyptii. Hæc nunc primum ex Manuscriptis Codicibus Græcis Italicis Gallicanisque eruit, Latine vertit, Notis et Præfationibus illustravit D. Bernardus de Montfaucon, Presbyter et Monachus Ordinis Sancti Benedicti, e Congregatione S. Mauri. Parisiis, MDCCVI. In Folio.

In tomo primo continentur

EUSEBII PAMPHILI Cæsariensis Ep. Commentarii in Psalmos.

In secundo tomo continentur

S. ATHANASII Archiep. Alexandrini Opuscula secundis curis re-  
perta, et antehac inedita.

COSMÆ Indicopleustæ Christianorum Opinio de Mundo, sive Topo-  
graphia Christiana.

EUSEBII Cæsariensis Commentaria in Hesaïam.

Ista sunt perpauca quidem, magni autem momenti Opera, ac Montfaucon editore digna. Eusebius enim Cæsariensis, et S. Athanasius Alexandrinus, magnus ille Ecclesiæ Doctor, inter melioris ævi Patres primum locum obtinent. Atque opus Cosmæ<sup>a</sup> monachi, ut vocant, Indicopleustæ, qui sæculo sexto incipiente mercaturæ causa suscepit navigationem, de qua in hac *Topographia Christiana* historiam narrat, rebus quum Geographicis, tum Ecclesiasticis haud parum lucis affert.

## II.

ANNO MDCCIX. LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, vir inter Italos sui temporis longe eruditissimus, collectionem scriptorum veterum Græcorum hactenus ἀνεκδότων edidit, cujus hic est titulus :

ANECDOTA GRÆCA quæ ex MSS. Codicibus nunc primum eruit, Latio donat, Notis, et Disquisitionibus auget Ludovicus Antonius Muratorius, Sereniss. Raynaldi I. Ducis Mutinæ, &c. Bibliothecarius. Patavii, MDCCIX. in 4to.

Index eorum quæ in hoc libro continentur, ita se habet :

CARMINA, sive Epigrammata CXXVIII. S. GREGORII NAZIANZENI.	Pag. I
Disquisitio I. <i>De Synisactis, et Agapetis.</i>	218
Disquisitio II. <i>De Agapis sublatis.</i>	241
Disquisitio III. <i>De antiquis Christianorum Sepulcris.</i>	258
FIRMI Episcopi Cæsareæ Epistolæ XLV.	277
JULIANI Imperatoris Epistolæ IV.	325
Epistola JULIO I. Romano Pontifici supposita ad Dionysium.	341
Disquisitio IV. <i>in Epistolam sub Julii nomine editam.</i>	347

<sup>a</sup> De Cosma Indicopleusta consulendi sunt J. A. Fabricius (Bibl. Græc. vol. ii. p. 609, et seq.), et Maturinus V. La Croze (Hist. du Christianisme des Indes, p. 27-37.) qui Cosmam Nestorianum fuisse omni studio contendit. "Vocatur," dicit cl. Bandinius, "a viris eruditis *Cosmas Indicopleustes*; sed dubitandum cum clarissimo Fabricio, an proprium hoc ejus

nomen fuerit; nam, ut *Indicopleustes* quidem dictus est a suscepta apud longe dissitas gentes navigatione (quæstus enim causa Æthiopiam, Indiam, Orientalesque alias regiones peragraverat) ita Cosmas appellatus videtur, quod Κόσμου sive *Mundi topographiam* litteris consignasset." Ap. Fasciculum Rerum Græc. Eccles. p. xviii.

## III.

Idem MURATORIUS, exeunte sæculo decimo septimo, monumentorum quoque Latinorum collectionis sub Anecdotorum nomine tomos duos edidit. De his, quorum prior anno MDCXCVII. secundus anno MDCXCVIII. Mediolani in lucem prodiit, consulendus est Tractatus Ittigianus, p. 662–664. Mei autem est instituti de reliquis tomis ejusdem collectionis mentionem facere, qui, tertius scilicet ac quartus, Patavii anno MDCCXIII. lucem publicam adspexerunt. Titulus utriusque tomi talis est :

ANECDOTA, quæ ex Ambrosianæ Bibliothecæ Codicibus nunc primum eruit Ludovicus Antonius Muratorius, Sereniss. Raynaldi I. Mutinæ, &c. Ducis Bibliothecarius. Tomus tertius. Patavii, Typis Seminarii, M.DCC.XIII. Apud Joannem Manfrè. Superiorum Permissu, ac Privilegio.

## Index Opusculorum tomi tertii.

TERTULLIANI Libellus de Oratione completus, cum notis Guidonis Panciroli, et Ludovici Antonii Muratorii.

STEPHANARDI DE VICOMERCATO Ord. Præd. Poema de gestis in Civitate Mediolani sub Othone Vicecomite Archiepiscopo.

ANONYMI qui vixit circ. annum Christi dcccx. Liber de Computo, sive de Calendario.

S. HILDEBERTI Cenomanensis Episcopi Epistolæ V. et Sermones II. una cum Epistola IVONIS Carnotensis.

GEZONIS Abbatis Derthonensis Liber de Corpore et Sanguine Christi.

ÆNEÆ SILVII PICOLIMINEI Episcopi Senensis, qui ad Pontificatum Maximum evector Pius II. appellatus est, Oratio habitata coram Callisto Papa III. de *Compactatis Bohemorum.*

## Index Opusculorum tomi quarti.

S. MAXIMI Taurinatis Episcopi Sermones.

Antiphonarium vetustissimum Monasterii *Benchorensis* in Hibernia.

Magistri MANEGALDI contra Wolfelmum Coloniensem Opusculum.

Supplementum Historiarum JOHANNIS DE CERMENATE.

Patriarcharum *Aquilensium* Vitæ a S. Hermagora usque ad Nicolaum Patriarcham.

## IV.

D. EDMUNDUS MARTENE, vir summa diligentia, ac doctrina haud parva insignis, et D. URSINUS DURAND, Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, præclara virorum eruditissimorum Dacherii et Mabillonii exempla imitati, monumenta varia ad res tum Ecclesiasticas, tum Historicas pertinentia quæ *Iter* suum *Literarium* facientes offenderant, juris publici fecerunt. Anno Christi MDCCXVII. una omnes in lucem prodierunt hujus Collectionis tomi; quorum primus hac inscriptione gaudet:

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Primus, complectens Regum ac Principum aliorumque Virorum Illustrium Epistolas et Diplomata bene multa. Prodit nunc primum studio et opera Domni Edmundi Martene et Domni Ursini Durand, Presbyterorum et Monachorum Benedictinorum e congr. S. Mauri. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus

Florentini Delaune,	Joannis-Gaufridi Nyon,
Hilarii Foncault,	Stephani Ganeau,
Michaelis Clonzier,	Nicolai Gosselin,

Bibliopolarum Parisiensium.

MDCCXVII. Cum Privilegio Regis et Superiorum  
Permissu.

Quum hic primus tomus nihil continet nisi Epistolas ac Diplomata, quæ nimis longum foret, neque operæ pretium est, enumerare, ad alterum pergamus.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus secundus, in quo continentur URBANI PAPÆ IV. Epistolæ LXIV. CLEMENTIS PAPÆ IV. Epistolæ DCCXI. JOANNIS XXII. Processus varii in Ludovicum Bavarum et ejus Asseclas. INNOCENTII VI. Registrum Epistolarum anno MCCCLXI. Aliaque plura



de Schismate Pontificum Avenionensium Monumenta.

Monumenta itaque eo contenta titulus ipse declarat.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Tertius, complectens Chronica Varia, Aliaque cum ecclesiastica tum civilia omnium pene nationum Monumenta Historica. Quo continentur

Chronicon Siciliae.	Pag. 1
Gesta Tancredi auctore RADULPHO CADOMENSI ejus familiari.	107
Historia Gestorum Viæ nostri Temporis Hierosolymitanae, auctore GILONE PARISENSI.	211
Narratio Patriarchæ Hierosolymitani coram summo Pontifice de statu Terræ Sanctæ, sive JACOBI DE VITRIACO Episcopi Acconensis et postea S. R. E. cardinalis Episcopi Tusculani Historiæ Orientalis liber III. ab editis diversus.	267
Epistolæ IV. ejusdem JACOBI DE VITRIACO ad Honorium Papam III. in quibus ea describit quæ ab Exercitu Christianorum in Terra Sancta gesta sunt.	287
Ernestus, sive Carmen de varia Ernesti Bavarïæ Ducis Fortuna, auctore ODONE.	307
Genealogia Comitum Flandriæ.	377
JOHANNIS Iperii Abbatis Chronicon Sythiense S. Bertini.	442
Historia Hasnoniensis Monasterii auctore TORNELLO.	777
Chronicon Watinensis Monasterii auctore EBRARDO ejusdem loci Canonico Regulari.	797
Fragmentum Historiæ Britannïæ Armoricæ.	829
Historia Eversionis Monasterii S. Florentii a Britonibus et Normannis.	843
Acta varia in Causa Dolensis Episcopatus.	849
Acta Tullensium Episcoporum auctore anonymo.	989
De gestis Abbatum Mediani-monasterii libri duo, auctore, ut aiunt, BRUNONE Ep. Tullensi, qui postea fuit Leo Papa IX.	1091
Historia Novientensis Monasterii auctore anonymo ejus loci Monacho.	1125
De Primordiis Calmociacensis Monasterii Ordinis S. Augustini in Diocesi Tullensi libri duo, auctore SEHERO primo ejusdem Monasterii Abbate.	1159

Acta Abbatum IV. Metensis S. Arnulphi Monasterii.	1199
Initia Madirensis Monasterii in Dicecesi Tarbiensi scripta ab Anonymo, qui tempore Urbani Papæ II. vixit.	1203
Fragmentum Historiæ Monasterii novi Pictavensis, auctore MARTINO Monacho ejusdem Monasterii.	1209
Historia Pontiniacensis Monasterii Ordinis Cisterciensis in Dicecesi Antissidorensi per Chartas et Instrumenta ejus- dem Monasterii.	1221
Historia Monasterii Villariensis in Brabantia Ordinis Cister- ciensis.	1267
Narratio de morte Ottonis IV. Imperatoris.	1373
Breve Chronicon Andegavense.	1379
Breve Chronicon Antissiodorensis.	1384
Breve Chronicon Basiliensium Episcoporum.	1385
Breve Chronicon Clari-marisci ad calcem Chronici Hugonis Victorini.	1385
Fragmentum Chronici Cluniacensis.	1387
Chronicon Monasterii Conchensis.	1387
Breve Chronicon Elnonense S. Amandi.	1390
Breve Chronicon Lemovicense ad Ciclos Paschales.	1400
Breve Chronicon Leodiense.	1403
Breve Chronicon Lobiense.	1409
Breve Chronicon Lyrensis Monasterii.	1432
Excerpta ex Chronico Monasteriensi.	1434
Chronicon Monasterii Mortui-maris Ordinis Cisterciensis.	1437
Breve Chronicon Normannicum sive Britannicum.	1448
Chronicon Senonense S. Columbæ.	1449
Breve Chronicon Tornacense S. Martini.	1453
Gesta Britonum in Italia sub Gregorio Papa XI., Gallico Idiomate metricè scripta a GUILLELMO DE LA PERENE.	1457
Description des Obseques de Bertrand du Guesclin.	1501
Historia Belli Italici sub Carolo VIII. Rege Franciæ Gallicæ scripta a GUILLELMO DE VILLA-NOVA.	1505
Martyrologia seu Calendaria aliquot antiquissima.	1543
Acta SS. Cypriani et Justinæ Martyrum.	1617
Passio S. Eusebii.	1649
Vita S. Romani Archiepiscopi Rothomagensis.	1651
Vita S. Remigii Archiepiscopi Rothomagensis.	1665
Translatio corporis beatissimi Audoeni Archiepiscopi Rotho- magensis.	1669
De beati Audoeni Translatione et ejus sacratissimi Corporis Integritate.	1675

Translatio beati Nicasii Martyris Sociorumque ejus.	1677
Sermo in Festivitate Sanctorum quorum Reliquiæ in Ecclesia S. Audoeni Rothomagensis requiescunt.	1681
Adventus S. Quirini Martyris apud Malmundarium.	1686
Vita Hervei S. Martini Turonensis Archieclavis.	1689
Vita S. Johannis Valentinensis Episcopi edita a magistro GIRAUDO.	1693
De felici Obitu Angeluciæ virginis sanctimonialis Fontebra- lensis.	1703
Vita Hugonis Abbatis Marchianensis auctore anonymo ejus discipulo.	1709
Passio S. Thomæ Martyris Cantuariensis Archiepiscopi edita a magistro EVRARDO.	1737
Vita S. Edmundi Cantuariensis archiepiscopi auctore BER- TRANDO Priore Pontiniacensis Monasterii.	1751
Sermo venerabilis ALBERTI Archiepiscopi Livoniæ in Trans- latione S. Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis et Con- fessoris.	1827
Prologus in Historiam Canonizationis et Translationis S. Ed- mundi Cantuariensis Archiepiscopi et Confessoris.	1831
Historia Canonizationis S. Edmundi Cantuariensis Archiepi- scopi et Confessoris.	1835
Tractatus de Promissione B. Thomæ Martyris, videlicet quod talis esset sibi successurus qui Ecclesiæ Pontiniacensi re- compensaret pro Liberalitatibus sibi Tempore sui Exilii Impensis.	1873
Liber Miraculorum B. Edmundi Archiepiscopi et Confessoris.	1881
Epistolæ variæ ad Historiam S. Edmundi Cantuariensis spec- tantes.	1897
Vita S. Philippi Archiepiscopi Bituricensis.	1927
Vita JACOBI GELU Archiepiscopi Turonensis ab ipsomet con- scripta.	1947

Non est quod Tomus Quartus, qui nihil nisi res Synodicas  
continet, nos moretur. Satis erit titulum describere :

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Quartus,  
in quo continentur Varia Concilia, Episcoporum  
Statuta Synodalia, illustrium Monasteriorum ac  
Congregationum edita præsertim in Capitulis ge-  
neralibus Decreta.

Restat ut varia omnis ævi monumenta quæ Tomo ultimo leguntur, recenseam.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Quintus, complectens SS. Patrum, aliorumque Auctorum Ecclesiasticorum omnium fere sæculorum, a quarto ad decimumquartum, Opuscula.

Index Opusculorum, quæ hoc in volumine continentur.

Altercatio inter Theophilum Christianum et Symonem Judæum, auctore EVAGRIO, qui initio sæculi quinti floruit. Pag. 1	
S. ORIENTII Commonitorium.	17
Sermo S. AVITI Viennensis Archiep. Feria tertia in Rogationibus.	47
Homilia S. FAUSTINI.	55
Dictio ENNODII in natali Laurentii Mediolanensis Episcopi.	60
Antiquum Calendarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.	63
Expositio brevis antiquæ Liturgiæ Gallicanæ.	85
Antiquus Ordo Romanus ad usum monasteriorum accommodatus.	101
VENERABILIS BEDÆ Presbyteri et Monachi Benedictini Libri IV. in principium Genesis usque ad nativitatem Isaac et ejectionem Ismaëlis.	111
<i>Ejusdem</i> Liber in Canticum Habacuc.	295
<i>Ejusdem</i> Homiliæ undecim.	315
<i>Ejusdem</i> Libellus Precum.	381
THEODULPHI Episcopi Aurelianensis Versus de Luxuria.	399
HRABANI MAURI Archiepiscopi Moguntini Liber de variis quæstionibus adversus Judæos seu ceteros infideles vel plerosque hæreticos judaizantes ex utroque testamento collectis.	401
Opuscula quædam poëtica FLORI Lugdunensis Ecclesiæ Diaconi.	595
Sermo S. ODONIS Abbatis Cluniacensis in Festo S. Martini.	617
Sermo S. ODILONIS Abbatis de Nativitate B. Mariæ.	621
Sermo <i>ejusdem</i> de sancta Cruce.	623
HUMBERTI Cardinalis Libri tres adversus Simoniacos.	629
Fragmentum Disputationis adversus Græcos.	845
ODONIS Episcopi Cameracensis Liber seu Homilia de Villico iniquitatis.	853

GUILLELMI DE CAMPPELLIS Episcopi Catalaunensis Tractatus brevis de Origine Animæ.	877
HUGONIS A S. VICTORE Libellus de Modo dicendi et meditando.	883
HUGONIS Archiepiscopi Rothomagensis Dialogorum seu Questionum theologicarum libri VII.	891
<i>Ejusdem</i> Tractatus in Hexameron.	1001
Vita S. Adjutoris Monachi Tironensis auctore HUGONE Archiepiscopo Rothomagensi, hujus nominis tertio, ipsi Adjutori cœvo.	1011
ALGERI Scholastici Liber de Misericordia et Justitia.	1019
PETRI ABAËLARDI Theologia Christiana.	1139
PETRI ABAËLARDI Expositio in Hexameron.	1361
PETRI VENERABILIS Cluniacensis Abbatis IX. Sermones tres.	1417
Excerpta ex HAMELINI DE VERULAMIO Monasterii S. Albani in Anglia Prioris libro de Monachatu.	1453
GEROCHI præpositi Reicherspergensis Tractatus adversus Simoniacos.	1457
Disputatio Ecclesiæ et Synagogæ auctore GILLIEBERTO.	1497
Anonymi Tractatus adversus Judæum.	1507
Dialogus inter Cluniacensem Monachum et Cisterciensem de diversis utriusque Ordinis Observantiis.	1569
Eulogium magistri JOHANNIS CORNUBIENSIS ad Alexandrum Papam III. quod Christus sit aliquis homo.	1655
Disputatio inter Catholicum et Paterinum hæreticum.	1703
Summa Fratris RENERII de Ordine Fratrum Prædicatorum de Catharis et Leonistis seu Pauperibus de Lugduno.	1759
Tractatus de Hæresi Pauperum de Lugduno, Auctore <i>anonymo</i> .	1777
Doctrina de Modo procedendi contra Hæreticos.	1795
Liber de Doctrina Novitiorum Ordinis Grandimontensis.	1823
Consultationis Zachæi Christiani et Apollonii philosophi editæ <i>Spicileg.</i> tom. X. collatæ cum MS. Vindocinensi variantes lectiones.	1845

## V.

Quamquam clarissimi JOSEPHI SIMONII ASSEMANI *Bibliotheca Orientalis* nihil ad meum propositum faciens nisi Excerpta ac Operum ineditorum titulos ut plurimum exhibet, non est tamen quod librum tam pretiosum hic prætermittendum existimem. Titulum saltem atque Indices Capitulorum huic notitiæ inseri curabo.

**BIBLIOTHECA ORIENTALIS Clementino-Vaticana** in qua Manuscriptos Codices Syriacos, Arabicos, Persicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos, et Malabaricos, jussu et munificentia Clementis XI. Pontificis Maximi ex Oriente conquisitos, comparatos, avectos, et Bibliothecæ Vaticanæ addictos, recensuit, digessit, et genuina scripta a spuriis secrevit, addita singulorum Auctorum vita, Joseph Simonius Assemanus Syrus Maronita Sacræ Theologiæ Doctor, atque in eadem Bibliotheca Vaticana Linguarum Syriacæ et Arabicæ Scriptor. Tomus Primus de Scriptoribus Syris Orthodoxis. Romæ, MDCCXIX. Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Superiorum Facultate.

Indicem Capitum tomi primi describo.

Cap.

1. S. Simeon Barsaboë Seleuciæ et Ctesiphontis Episcopus et Martyr, A. C. † 330 <sup>a</sup> .	Pag. 1
2. S. Milles Susæ Episcopus et Martyr, A. C. † 331.	12
3. Jabachues Chaldæus, A. C. 325.	13
4. Isaias Adabi Arzunita, A. C. 307.	15
5. S. Jacobus Nisibis Episcopus, A. C. 325.	17
6. S. Ephræm Syrus, A. C. 370.	24
7. Isaac Senior, A. C. 380.	165
8. Balæus Syrus, A. C. 380.	166
9. Zenobius S. Ephræmi Discipulus, A. C. 380.	168
10. Absamias Presbyter Edessenus, A. C. 400.	169
11. Gregorius Abbas, A. C. 390.	170
12. S. Maruthas Episcopus Tagritensis, A. C. 410.	174
13. S. Acacius Episcopus Amidæ, A. C. 420.	195
14. Rabulas Episcopus Edessæ, A. C. 412.	197
15. Ibas Edessæ Episcopus, A. C. 435.	199
16. S. Isaac Magnus, A. C. 450.	207
17. Cosmas Presbyter, A. C. 474.	235

<sup>a</sup> Annos, quibus floruerunt singuli auctores, in primi tomi Indice ab Assemano omissos, ipse adjeci.

Cap.	Pag.
18. S. Simeon Stylites, A. C. 448.	254
19. SS. Baradatus, et Jacobus Monachi, A. C. 452.	255
20. Maras Episcopus Amidæ, A. C. 457.	256
21. Nonnus Episcopus Edessæ, A. C. 449.	257
22. Jacobus Diaconus Edessenus, A. C. 449.	258
23. Mochimus Presbyter Mesopotamenus, A. C. 457.	259
24. Petrus Presbyter Edessenus, A. C. 450.	259
25. Samuel Presbyter Edessenus, A. C. 467.	259
26. Josue Stylites, A. C. 507.	260
27. S. Jacobus Episcopus Sarugensis, A. C. 519.	283
28. Georgius Jacobi Sarugensis Discipulus, A. C. 520.	340
29. Simeon Episcopus Beth-Arsamensis, A. C. 510.	341
30. Chronicon Edessenum, A. C. 540.	387
31. Xystus Episcopus, circa A. C. 450.	429
32. Joannes Apameensis Monachus, circa A. C. 550.	430
33. Joannes Saba, circa A. C. 550.	433
34. Isaac Ninivita, A. C. 590.	444
35. Abraham Nephtareus, A. C. 580.	463
36. Georgius Episcopus Tagritensis, A. C. 580.	465
37. Constantinus Episcopus Haran, A. C. 630.	466
38. Leo Episcopus Haran, A. C. 640.	467
39. Phocas Edessenus, circa A. C. 600.	468
40. Jacobus Episcopus Edessæ, A. C. 651.	468
41. Georgius Episcopus Arabum, A. C. 651.	494
42. Daniel Episcopus Salchensis, circa A. C. 700.	495
43. Joannes Maro Patriarcha Antiochiæ, circa A. C. 700.	496
44. Theophilus Edessenus Maronita, circa A. C. 700.	521
45. Joannes Lephediensis Patriarcha Maronitarum, A. C. 1151.	522
46. Moyses Accarensis Patriarcha Maronitarum, A. C. 1524.	522
47. Joannes Sulaca Patriarcha Chaldæorum, A. C. 1551.	523
48. Moses Mardenus, A. C. 1552.	535
49. Abdjesu Patriarcha Chaldæorum, A. C. 1554.	536
50. Elias Patriarcha Chaldæorum, A. C. 1610.	543
51. Adam Archimandrita, qui et Timotheus Amidæ Epi- scopus, A. C. 1616.	549
52. Gabriel Archiepiscopus Chaldæus, A. C. 1616.	551
53. Georgius Amira Patriarcha Maronitarum, A. C. 1633.	552
54. Isaac Sciadrensis, Episcopus Tripolis, A. C. 1629.	552
55. Joseph Accurensis Patriarcha Maronitarum, A. C. 1644.	553

Cap.	Pag.
56. Abgarus Rex Edessæ, et Archelaus Episcopus Cascaræ <sup>b</sup> .	554
Index Codicum MSS. quos Clemens XI. Pont. Max. Bibliothecæ Vaticanæ addixit.	561

Tomus Secundus de Scriptoribus Syris Monophysitis,  
anno Christi MDCCXXI. lucem publicam adspexit.

Index Caputum Tomi Secundi talis est :

Cap.	Pag.
1. Barsumas Presbyter et Archimandrita, A. C. 450.	1
2. Xenaias Mabugensis, qui et Philoxenus Episcopus Hierapolis, A. C. 518.	10
3. Paulus Episcopus Callinici, A. C. 518.	46
4. Maras Episcopus Amidæ, A. C. 520.	48
5. Joannes Episcopus Telæ, A. C. 520.	53
6. Joannes Bar-Aphthonius Abbas Cansarensis, A. C. 530.	54
7. Zacharias Episcopus Melitinæ, A. C. 540. Historiæ ejusdem Epitome.	54 55
8. Jacobus Baradaeus, seu Zanzalus, Episcopus Edessæ, A. C. 550.	62
9. Petrus Junior, Patriarcha Antiochiæ Monophysitarum, A. C. 578.	69
10. Moyses Aghelæus, et Simeon Abbas, A. C. 570.	82
11. Joannes Episcopus Asiæ, A. C. 570. Historiæ ejusdem Epitome.	83 85
12. Cyriacus Episcopus Amidæ, A. C. 600.	90
13. Thomas Heracleensis Episcopus Germaniciæ, A. C. 610.	90
14. Elias Patriarcha Jacobitarum, A. C. 710.	95
15. Joannes Episcopus Bassoræ, A. C. 650.	97
16. Dionysius I. Patriarcha Jacobitarum, cognomento Telmaharensis, A. C. 800. Historiæ ejusdem Epitome.	98 101
17. Cyriacus Patriarcha Jacobitarum, A. C. 800.	116
18. Joannes Episcopus Daræ, A. C. 830.	118
19. Philoxenus Lazarus Episcopus Bagdadensis, A. C. 830.	123
20. Theodosius Patriarcha Jacobitarum, A. C. 890.	124

<sup>b</sup> Hos scriptores in calcem hujus tomi Assemanus rejecit, quod de Abgari Epistola diversa sunt Eruditorum judicia; et Archelai Disputatio ejus nomine non potest certo inscribi. Sed "Abgarianam epistolam nullo νοθεύσεως vitio laborare," vir doctissimus sibi persuadet, p. 554. Disputationis scriptorem non Archelaum, sed Hege- monium fuisse confirmat, p. 555.



Cap.	Pag.
21. Dionysius II. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 900.	125
22. Basilius I. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 930.	126
23. Moyses Barcepha Episcopus Beth-Raman. A. C. 900.	127
24. Dionysius III. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 960.	131
25. Joannes VII. cognomento Sarighta, Patr. Jacobitarum, A. C. 970.	132
26. Athanasius V. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1000.	141
27. Joannes X. qui et Barsusan, Patr. Jacobitarum, A. C. 1060.	143
28. Joannes VIII. cognomento Abdon, Patr. Jacobitarum, A. C. 1010.	145
29. Dionysius IV. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1040.	152
30. Joannes IX. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1050.	153
31. Michaël I. cognomento Magnus, Patr. Jacobitarum, A. C. 1166.	154
32. Dionysius Jacobus Barsalibi <sup>c</sup> , Episcopus Amidæ, A. C. 1170.	156
33. Joannes Saidus Barsabuni, Episcopus Melitinæ, A. C. 1094.	211
34. Theodorus Joannes Bar-Vehebun Patr. Jacobitarum, A. C. 1180.	213
35. Joannes Episcopus Mardæ, A. C. 1160.	216
36. Michaël II. Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1210.	230
37. Joannes XIV. qui et Josue Pusillus, Patr. Jacobit. A. C. 1215.	232
38. Jacobus Severus Episcopus Tagritensis, A. C. 1230.	237
39. Joannes XV. cognomento Bar-Maadani Patr. Jacobi- tarum, A. D. 1252.	242
40. David Pauli, et Daniel Chettab.	244
41. Gregorius Barhebræus, vulgo Abulpharagius <sup>d</sup> , Primas Orientis, A. C. 1250.	244

<sup>c</sup> Multa de hoc scriptore habet Assemanus. "Scripsit" enim (sic dicit) "Bar-Salibæus eleganti sermone Syriaco, multaque erudita volumina, in quibus nil fere optimo Theologo indignum occurrit, si Monophysitarum hæresim excipias, quam ubique propugnat." p. 157.

<sup>d</sup> Omnium operum quæ Barhebræus edidit, doctissimum æque ac utilissimum, Assemano iudice, est Chronicon Tripartitum, cujus duas posteriores partes in hanc Bibliothecam fere integras transtulit, pp. 321-462. Textus

autem Syriacus partis primæ, (quam sub *Historiæ compendiosæ Dynastiæ* nomine clarissimus Pocockius noster Oxonii, anno MDCLXIII., Arabice et Latine edidit,) Lipsiæ, anno MDCCCLXXXIX. lucem publicam adspexit, hoc titulo inscriptus: Gregorii Abulpharagii sive Bar-Hebræi Chronicon Syriacum e Codicibus Bodleianis descripsit maximam partem vertit notisque illustravit Paulus Jacobus Bruns Philos. et legum Doctor Histor. Literar. et Linguarum Orientalium Professor Publicus ordinarius et Bibliothecæ Publicæ Præfectus

Cap.	Pag.
42. Patriarchæ et Primates seu Maphriani Syrorum tum Jacobitarum, tum Nestorianorum, ex Chronico Gregorii Barhebræi.	321
43. Dioscorus Gabriel Episcopus Geziræ, A. C. 1285.	463
Dioscorus Bar-Kainæus Primas Jacobitarum, A. C. 1360.	463
Severus Episcopus Cansarensis, A. C. 640.	463
Joannes Saba ex Episcopo S. Matthæi Primas Jacobitarum, A. C. 680.	463
44. Daniel Presbyter.	463
45. Ignatius V. qui et Joseph Bar-Vahib, Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1293.	464
46. Ignatius IX. qui et Behenamus Hedlensis, Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1412.	465
47. Ignatius XI. qui et Joannes, seu Ananias Xenaias, Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1484.	468
48. Ignatius XII. qui et Noë Libaniota Patriarcha Jacobitarum, A. C. 1494.	468
Historia ejusdem.	469
Catalogus Patriarcharum Jacobitarum.	479
Catalogus Primatum seu Maphrianorum Jacobitarum.	482
Index Codicum manuscriptorum.	485

Tomi Tertii Pars Prima de Scriptoribus Syris Nestorianis, Anno Salutis MDCCXXV. lucem adspexit.

Index Capitum Tomi Tertii talis est :

Præfatio in Catalogum Ebedjesu Sobensis <sup>e</sup> .	Pag. 1
Catalogi ejusdem Sobensis Proœmium.	4
Cap. 1. Testamentum Vetus, et quædam Hebræorum Scripta.	5
2. Testamentum Novum.	8
3. Tatiani et Ammonii Diatessaron, A. C. 172. 220.	12

in Academia Helmstadiensi, edidit, ex parte vertit notasque adjecit Georgius Guilielmus Kirsch Philos. Doctor et Gymnasii quod Hofæ est in Margraviatu Baruthino Rector. Lipsiæ, MDCCCLXXXVIII. tom. 2. in 4to.

<sup>e</sup> Hic Ebedjesu Sobensis Catalogus Librorum Ecclesiasticorum, metrica oratione compositus, quem post Abraham Echellensem Assemanus Syriace et Latine typis publicavit, "neque omnes continet Syros Scriptores, neque omnia eorum, quorum nomina referuntur,

opera. Præterea Canonici utriusque Fæderis libri, Patresque e Græco vel Latino in Syriacum conversi priorem ejusdem partem occupant; posteriorem potioremq; Syri Nestoriani. Demum ordo temporis sæpenumero a Sobensi negligitur, qui priores Scriptores cum posterioribus conjungere solet, aut ipsos etiam recentioribus postponere." Indicem capitum hujus Catalogi in libellum meum transferre operæ præmium esse videbatur.

Cap.	Pag.
4. Dionysius Areopagita, A. C. 50.	13
5. Clemens Romanus, A. C. 65.	13
6. Africanus ( <i>Julius</i> ) Episcopus Emmaus, A. C. 220.	14
7. Hippolytus Episcopus et Martyr, A. C. 220.	15
8. Damasus Papa, A. C. 366.	16
9. Ignatius Antiochenus, A. C. 101.	16
10. Symmachus, A. C. 201.	17
11. Eusebius Cæsareensis, A. C. 315.	18
12. Athanasius Alexandrinus, A. C. 326.	19
13. Basilius Magnus, A. C. 370.	20
14. Gregorius Nyssenus, A. C. 370.	21
15. Gregorius Nazianzenus, A. C. 370.	22
16. Joannes Chrysostomus, A. C. 398.	24
17. Methodius Episcopus Olympi, A. C. 290.	27
18. Diodorus Tarsensis, A. C. 378.	28
19. Theodorus Mopsuestenus, A. C. 400.	30
20. Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus, A. C. 428.	35
21. Theodulus discipulus Theodori, A. C. 400.	37
22. Aquilinus, A. C. 400.	37
23. Basilius Cilix, A. C. 497.	38
24. Cyrus Episcopus Hierapolis, A. C. 480.	38
25. Irenæus Tyrius, A. C. 444.	38
26. Philotheus, <i>Liber Theodoriti sic inscriptus.</i>	39
27. Theodoritus Cyri, A. C. 423.	39
28. Socrates, A. C. 439.	41
29. Titus Bostrensis, A. C. 362.	41
30. Eranistes, <i>Liber Theodoriti sic inscriptus.</i>	41
31. Theophilus Persa, A. C. 440.	42
32. Eutherius Tyanensis, A. C. 431.	42
33. Epiphanius, A. C. 368.	42
34. Zenobius, A. C. 370.	43
35. Isidorus, Lucius, Abraham, et Job, A. C. 412.	43
36. Eusebius Emessenus, A. C. 340.	44
37. Macarius Ægyptius, A. C. 370.	44
38. Marcus, A. C. 400.	45
39. Joannes Monachus, A. C. 370.	45
40. Evagrius Ponticus, A. C. 380.	45
41. Isaias Abbas, A. C. 370.	46
42. Ammonas Monachus et Episcopus, A. C. 340.	47
43. Macarius Alexandrinus, A. C. 370.	47
44. Xystus, A. C. 196.	48

Cap.	Pag.
45. Nilus Monachus, A. C. 440.	48
46. Palladius, et Hieronymus, A. C. 378. 400.	49
47. Joannes Apameensis, A. C. 510.	50
48. Jacobus, A. C. 510.	50
49. Simeon, et Acacius, A. C. 330. 420.	51
50. Milles Episcopus et Martyr, A. C. 330.	51
51. Jabachues, A. C. 200.	51
Epistola Synodica Patrum Occidentalium ad Orientales missa.	52
52. Ephræm Syrus, A. C. 370.	61
53. Narses, A. C. 480.	63
54. Barsumas Nisibenus, A. C. 460.	66
55. Abrahamus Beth-Rabanensis, A. C. 600.	71 et 631
56. Joannes Beth-Rabanensis, A. C. 610.	72 et 631
57. Maruthas Episcopus, A. C. 415.	73
58. Mar Abas Patriarcha, A. C. 550.	75
59. Hananus Adjabenus, A. C. 570.	81
60. Aphraates Persa, A. C. 320.	85
61. Hibas, Cumas, et Probus, A. C. 430.	85
62. Discipuli Mar Abæ, A. C. 560.	86
63. Thomas Edessenus, A. C. 550.	86
64. Sergius Rhesinensis, A. C. 520.	87
65. Paulus Nisibenus, A. C. 550.	87
66. Babæus Magnus Archimandrita, A. C. 600.	88
67. Dadjesus Abbas, A. C. 580.	98
68. Joseph Huzita, A. C. 580.	100
69. Joannes Daliathensis, A. C. 550.	103
70. Isaac Ninivita, A. C. 580.	104
71. Jesujabus Gadalensis, A. C. 630.	105
72. Jesujabus Arzunita, A. C. 580.	108
73. Cyprianus Episcopus Nisibis, A. C. 567.	111
74. Jesujabus Adjabenus, A. C. 650.	113
75. Ananjesus Monachus, A. C. 645.	144
76. Michaël Episcopus Hugitarum, A. C. 852.	147
77. Theodorus Episcopus Maru, A. C. 540.	147
78. Gabriel Episcopus Hormuzi, A. C. 540.	147
79. Elias Episcopus Maru, A. C. 650.	148
80. Georgius Patriarcha, A. C. 660.	149
81. Gabriel Arius, A. C. 580.	153
82. Ananjesus Haghira Patriarcha, A. C. 685.	154
83. Aba, hoc est, Abraham Cascarensis, A. C. 502.	154
84. Ananjesus II. Patriarcha, A. C. 774.	155

Cap.	Pag.
85. Mar Aba II. Patriarcha, A. C. 742.	157
86. Timotheus Patriarcha, A. C. 778.	158
87. Ephræm Episcopus Elamitarum, A. C. 780.	163
88. Honainus Medicus, filius Isaaci, A. C. 870.	164
89. Josue Bar Nun Patriarcha, A. C. 820.	165
90. Elisæus Commentator, Patriarcha, A. C. 530.	166
91. Simeon Garmæus, A. C. 600.	168
92. Surinus Commentator, Patriarcha, A. C. 754.	168
93. Barhadbesciaba Arabs, A. C. 640.	169
94. Michæas, A. C. 450.	169
95. Cyrus, A. C. 550.	170
96. Paulonas, A. C. 370.	170
97. Sergius, A. C. 550.	171
98. Mares Persa, A. C. 432.	172
99. Abraham Mahuzita, A. C. 630.	172
100. Paulus Ambaræ Episcopus, A. C. 740.	172
101. Gabriel Catarensis, A. C. 740.	172
102. Jacobus Calatensis, A. C. 740.	173
103. Barsumas Charchensis, A. C. 740.	173
104. Ebedjesus Assyriæ Episcopus, A. C. 1028.	173
105. Daniel Episcopus Tahal, A. C. 1028.	174
106. Abraham Episcopus Bassoræ, A. C. 990.	175
107. Job Catarensis, A. C. 990.	175
108. Ibas, <i>alii</i> Denha, A. C. 740.	175
109. Scialita Episcopus Rhesinæ, A. C. 740.	176
110. Babæus Persarum Episcopus, A. C. 780.	176
111. Sciaadostus Tirhanæ Episcopus, A. C. 748.	177
112. Abibus Monachus, A. C. 800.	177
113. Babæus Nisibenus, A. C. 720.	177
114. Simeon Taibutha, A. C. 690.	181
115. Joannes Azrak, Hirtæ Episcopus, A. C. 690.	182
116. Joannes Dilumita, A. C. 690.	182
117. Marjabus, et Aphnimaranus, A. C. 590. 630.	186
118. Jesuphana Catarensis, A. C. 600.	188
119. Babæus Maarensis, A. C. 630.	188
120. Sciubchalmaranus Seleuciensis, A. C. 661.	189
121. Joannes Bar-Phincaje.	189
122. Abraham Netpharenius.	191
123. Gregorius Abbas, A. C. 390.	191
124. Ebedjesus Monachus, A. C. 940.	191

Cap.	Pag.
125. Achudemes Metropolita, A. C. 570.	192
126. Abraham Bardascendad, A. C. 720.	194
127. Jesubochtus Persarum Metropolita.	194
128. Jesudenha Episcopus Kosræ, A. C. 700.	195
129. Abraham Bar-Liphe, A. C. 750.	196
130. Alexander Episcopus Hierapolis, A. C. 430.	197
131. Proclus Patriarcha Constantinopolitanus, A. C. 434.	197
132. Ebedmessias Hirtensis, A. C. 540.	198
133. Theodorus Bar-Choni, A. C. 890.	198
134. Ebedjesus I. Patriarcha, A. C. 963.	199
135. Andreas Episcopus Samosatæ, A. C. 430.	202
136. Gabriel Episcopus Bassoræ, A. C. 884.	202
137. Joannes Garmachita, A. C. 650.	203
138. Abraham Beth-Halensis, A. C. 670.	205
139. Salomon Episcopus Hadathæ, A. C. 760.	205
140. Jesudadus Episcopus Hadathæ, A. C. 852.	210
141. Abu Noë, A. C. 810.	212
142. Candius, A. C. 893.	213
143. Joannes Ninivita, A. C. 893.	213
144. Dadjesus Patriarcha, A. C. 430.	214
145. Cyriacus Episcopus Nisibis, A. C. 630.	215
146. Simeon Cascarensis, A. C. 754.	215
147. Messias-Zacha, seu Jesus-Zacha, A. C. 590.	216
148. Mar Atkenus Monachus, A. C. 590.	216
149. Georgius Nesræus, A. C. 690.	217
150. Enos Episcopus Anbaræ, A. C. 890.	219
151. Bud Periodeutes, A. C. 570.	219
152. Daniel Rhesinæ, A. C. 550.	223
153. Abraham Bar-Kardache, A. C. 570.	223
154. Nathanaël, A. C. 690.	224
155. Elisæus Bar-Saphanin, A. C. 550.	224
156. Abraham Katina, A. C. 580.	225
157. Simeon Abbas, A. C. 760.	225
158. Jazidades Abbas, A. C. 435.	226
159. Bar-Jacob, seu Bar-Sahak, A. C. 1000.	227
160. Domnius.	227
161. Susæus Susensis.	227
162. Abraham Saba, A. C. 600.	227
163. Gregorius Sustrensis, A. C. 770.	228
164. Barsohedes Charchæus, A. C. 735.	229

Cap.	Pag.
165. Jacobus Edessenus, A. C. 700.	229
166. Simeon Charchæus, A. C. 800.	230
167. Ara, et Pacorus.	230
168. Bar-Kosinus, seu Bar-Kosra, A. C. 570.	230
169. Daniel Mariæ filius, A. C. 650.	231
170. Zachæus Surensis.	231
171. Joannes Bar-Kainæus, A. C. 1111.	232
172. Joannes Bar-Abgari Patriarcha, A. C. 900.	232
Ejusdem Canones de Altari et Eucharistia.	238
Quæstiones Ecclesiasticæ.	249
173. David Beth-Rabanensis, Episcopus, A. C. 800.	254
174. Joannes Stylita, A. C. 830.	256
175. Joannes Chamisii, Episcopus, A. C. 1100.	256
176. Josue Bar-Bahlul, et Josue Bar-Ali, A. C. 963. 885.	257
Josue Maruzæus, et Gabriel Bochtjesu, A. C. 860. 870.	258
177. Elias Episcopus Ambaræ, A. C. 920.	258
178. Ananjesus Bar-Sarasuæus, Episcopus Hirtæ, A. C. 900.	261
179. Abzud Scholasticus, A. C. 870.	261
180. Elias Episcopus Cascarensis, A. C. 980.	262
181. Elias I. Patriarcha, A. C. 1028.	262
182. Joannes Bar-Chaldon.	265
183. Elias Episcopus Nisibensis, A. C. 1330.	266
184. Behjesus Camulæus, A. C. 780.	275
185. Moyses Charchensis Episcopus, A. C. 540.	276
186. Joannes Hermes, A. C. 630.	276
187. Emmanuel Doctor, A. C. 963.	277
188. Gabriel Episcopus Persarum, A. C. 963.	277
189. Synodi Occidentalium.	277
190. Statuta Imperatorum.	278
191. Synodi Orientalium.	279
192. Collectores Canonum.	279
193. Libri Anonymi.	280
194. Elias III. Patriarcha, A. C. 1176.	287
195. Jesujabus Episcopus Nisibis, A. C. 1190.	295
196. Joannes Zugbi Presbyter, et Monachus, A. C. 1200.	307
197. Salomon Episcopus Bassoræ, A. C. 1222.	309
198. Ebedjesus Metropolita Sobensis, Catalogi hujus auctor. A. C. 1300.	325
199. Epilogus.	361

Cap.		Pag.
	Appendix <sup>f</sup> ad Catalogum Ebedjesu Sobensis de Scripto- ribus Syris Nestorianis.	
1.	Isaac Seleuciæ et Ctesiphontis Archiepiscopus, A. C. 400.	363.
2.	Achæus Seleuciæ et Ctesiphontis Archiepiscopus, A. C. 411.	368
3.	Jaballaha Seleuciæ et Ctesiphontis Archiepiscopus, A. C. 415.	370
4.	Maanes Persa, A. C. 420.	376
5.	Acacius Seleuciæ et Ctesiphontis Archiepiscopus, A. C. 485.	378
6.	Babæus Nestorianorum Patriarcha, A. C. 498. Chronologia Regum Persarum ab Jezdegerde I. ad Jez- degerdem postremum ejus gentis Regem: hoc est, ab anno Christi 399. ad annum 651.	395 396
7.	Job Monachus, A. C. 550.	431
8.	Joseph Patriarcha, A. C. 552.	432
9.	Ezechiel Patriarcha, A. C. 570.	435
10.	Paulus Persa, A. C. 570.	439
11.	Bautha Monachus, A. C. 595.	439
12.	Sergius Monachus, A. C. 600.	440
13.	Sabarjesus Patriarcha, A. C. 596.	441
14.	Gregorius Patriarcha, A. C. 605.	449
